



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXXXI. Cantipratvm, Ad Mvros olim vrbis Cameracensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

epatum autem Constantiensem & Abbatiam Augiensem sedente Diethelmo: fundatum verò & constructum est à nobili ac generoso viro *Vvittigogo* Comite de Albegkhe & eius coniuge domina *Bertha* in hoc ipso cœnobio quiescentibus, & sub honorifico tumulto humatis.

CAPVT LXXXI.

CANTIPRATVM, AD MVROS
olim vrbis Cameracensis.

CAntipratanum monasterium fundavit Rogerius XLIV. Episcopus Cameracensis anno circiter 1185. fuit autem hic Presul admodum amans instituti Canonorum Regularium; Ordin. S. Augustini, vt qui anno 1190. moriens, in regulari habitu voluerit sepeliri. Creditur ab eodem etiam conditum *Priniacum*, celebre Virginum monasterium, quod, vt & Cantipratanum, Victorinæ est congregationis. Fuit vtrumque hoc monasterium haud longè à muris vrbis Cameracensis situm. Hodie Cantipratani sodales domicilium habent, haud procul ab Hallis Hannoniæ oppido, Cantipratano scilicet monasterio per bella vastato.

Cæterum in pago isto Cantimprato vulgò Cantimprè, natus fuit, vt arbitror, Thomas Cantimpratani, ex ordine Prædicato-

M

rum,

rum, Suffraganeus olim Episcopi Cameracensis, cuius exstant libri Apum & alia.

CAPVT LXXXII.

OGNIACVM IN BRABANTIA.

OGniacense monasterium Canonico-
rum Regularium Ord. S. Augustini, ad
Sabim flu. in Gallo-Brabantia, circa annum
1192. fundatum. Est autem situm inter Niui-
gellam Brabantorū, & Namurcum Eburonū
oppida, pari penè interuallo, quinis scilicet pas-
suum millibus, verè cœlestis philosophiæ sedes, vi-
taq; ascetica Schola & domicilium. Et situm qui-
dem loco amœnissimo: hinc Sabi fluuio, pratuq;
virentibus; illinc colibus & siluis cinctum: & albo
lapide per antiquo septum vndiq; ; antè quadrin-
gentos annos sacra Canonico-
rum Augustiniano-
rum familia nobile in ea Brabantia portione, qua
Aisa dicitur, olim Leodiensis, nunc Namurcensis
Diœceseos. Sapienter olim, quasiq; habito delectu,
imò diuino monitu, sedem hanc incoluerunt, B.
Maria Niuiigellana, vulgò Ogniacena; Iacobus Vi-
triaco, postea sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis;
& Ioannes Niuiigellas, Doctores Theolog. aliq;
quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Non su-
pinè, neq; obscurè, sed proiudè Aegidius à VVal-
lecuria, vir integer vitæ scelerisq; purus, locum il-
lum exadificando Cœnobio aptum & opportunum
indit-